



Bibliographische Daten

Titel: Johannis Pauli Felwinger/ Norimbergensis ... Uberior Explicatio
 Prioritatis Naturae, consecrata Honori ... Dn. Joh. Michaelis
 Dilherri ... Plurimum item ... Dn. M. Joh. Jacobi Rudt ... Fautorum &
 Amicorum meorum Honoratissimorum

Ersteller: Johann Paul Felwinger

Signatur: Will. III. 225. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

adhuc in termino Prioris Naturæ, utantur illo & hoc abſtineant: interim Philoſophos propter terminum Philoſophicum, eodem tamen ſenſu cum Theologis, materia Theologica, aliâ tamen voce, applicatum & de ea prædicatum injuſtè non condemnent. Vid. Rev. Dn. Muſæus in tr. de uſu Principiorum Phil. in Theol. l. 1. c. 15. §. 59. p. 137.

22. Hoc quidem tanquam corollarium inferimus ex Theologorum ſententia: Aut non omnem prioritatem naturæ importare *momentum exiſtentia*, in quo alterum ex illis, quæ hoc modo priora dicuntur extiterit, altero non exiſtente: quia ſtatuunt, *mundum ab omni æternitate à Deo creari potuiſſe*, atq; ſic ad creationem novitatem eſſendi non requiri: Etenim Productionem per Emanationem ſolùm Accidentium eſſe, nullius ſubſtantiæ, rectiſſimè ſtatuitur. Nam ſi ab omni æternitate fuiſſet creatus, & quidem per emanationem, cauſa autem per emanationem ſua exiſtentia cauſet, juxta Philoſophos, Deus autem penitus ab omni omninò æternitate extitit: hoc modo etiam à tali æternitate Mūndus debuiſſet extitiſſe, ſuppoſita iſta ſententia: quomodo igitur prioritas naturæ concedet momentum aliquod in quo alterum, extitit altero non exiſtente. Cum autem etiam ſic, ſi ab æternitate fuiſſet creatus, à Deo, tanquam à ſua cauſa dependiſſet, utiq; prioritas cauſæ locum habuiſſet. E. Vel non omnis prioritas naturæ tale momentum, aut prioritatem realem importabit, & per conſequens, talem imperfectionem in re (nam imperſectio ex dependentia in Mundo, hoc in caſu, aliunde dijudicatur) Vel Mundus ab omni æternitate, ſalvis Theologorum hypotheſibus, creari non potuit. Si prius, etiam non erit contra veritatem, dari prioritatem naturæ inter Perſonas divinas, cum ſit ſine imperfectione. Si vero prius non: etiam Mundus non potuit ab omni æternitate creari.

Quod ſi verò candide Lector, hæc Tibi ad palatum non ſint, rogaris, ſi meliora habeas, nobiſcum communices: ego enim omnia mea, veritatis cauſa, mutari adeo promptuſum, quam qui promptiſſimuſ.

